



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 70. Patris Laynesii opinio de hisce matrimoniis, ut validis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„cis destruendi Sacramenta, quia prio-  
 „ribus sæculis id factum non erat, quam-  
 „vis tunc eædem causæ militassent: „  
 porro quod spectabat ad filios, animad-  
 vertit, quod a juvene e patria sua e-  
 gresso parentis assensus facile haberi non  
 possit, adeoque, si prohiberetur eo non  
 obtento uxorem ducere, proximo vio-  
 landæ castitatis periculo exponeretur.

Sæc. XVI.  
 A.C. 1563.

§. LXIX.

*Varice Præsulum sententiæ circa idem  
 argumentum.*

Postquam hæc sententia a Fuscarario *Pallav. n. IX.*  
 Mutinensi Episcopo impugnabatur:  
 Antonius vero Ceronius Almeriensis Epif-  
 copus aliorum plurium opinioni acce-  
 dens censebat, quod Ecclesia clandesti-  
 na connubia tanquam irrita declara-  
 re deberet: eandem quoque sententiam  
 amplectebatur Martinus Rithovius Bel-  
 ga Yprensis Episcopus, quamvis ali-  
 qui, dum suas proferebant sententias, in  
 rebus non adeo magni momenti ab eo  
 discrepare viderentur. Ceterum præ-  
 termittimus sententias aliorum Præsu-  
 lum, quorum alii hæc clandestina ma-  
 trimonia esse valida, alii nulla fore  
 censebant.

§. LXX.

*Patris Laynesii opinio de hisce ma-  
 trimoniis, ut validis.*

Jam



Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

Pallav. n. 25.

Jam referemus sententiam Patris Laynesii supremi Jesuitarum Moderatoris, qui probare aggrediebatur, quod ex natura sua malum non sit conjugium clandestinum, cum ita contraxissent veteres parentes nostri, & in compluribus conditionibus id tanquam licitum comprobaretur a morali Theologiæ Magistris. His præmissis secundo comprobatum reddere nitebatur, ita inquiens: „nunquam Ecclesia ejusmodi „matrimonia reddidit irrita, nam in „allegato Evaristi Papæ decreto postulantur eodem modo multa alia, quæ „tamen connubio minime necessaria „sunt, cum credi vix possit, quod ille „ea requisierit, tanquam ejus efficaciam intime constituentia: insuper „apud Tertullianum, Evaristo propinquum, legitur, quod matrimonia occulta sint firma: Evaristus igitur intelligendus est, quod voluerit matrimonium irritum esse, ubi in ipsum non influxerit interior consensus, sicut in hujusmodi conjunctionibus sæpe contingebat., Hanc interpretationem suam Laynesius comprobabat verbis ad finem additis ab eodem Papa: *nisi propria voluntas accesserit.* Præterea idem affirmabat, sibi non videri profuturum Decretum propositum, eo quod esset in parentum potestate filiorum conjugia per



Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

per multos annos impedire, eosque pe-  
riculo licentioris vitæ exponere. Po-  
stea monuit, ejusmodi decretum nec  
ab hæreticis, nec apud complures Ca-  
tholicorum nationes acceptum iri, a-  
deoque innumera illic adulteria secu-  
tura, ex quibus oriretur legitimæ suc-  
cessionis inversio. Denique causas ad  
hoc decretum conficiendum allatas, in  
Ecclesia easdem semper perstitisse edi-  
xit, atque addidit, ab hujusmodi De-  
creto illud præstitum iri, quod Calvini  
doctrina jam effectum affirmabat. Tan-  
dem asseruit, quod in dubiis tutior sit  
a culpa, ac reprehensione, qui nihil  
innovat: nec reticuit, valde incertum  
esse, an ejusmodi decretum ab Eccle-  
sia effici possit; non ergo illius aucto-  
ritatem in discrimen esse adducendam  
concluserit, ac prolixius demonstravit,  
quod non sit in Ecclesiæ jurisdictione  
variare divinum jus, atque coarctare  
id, quod ab Evangelio con-  
ceditur.



HISTO-